

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Historiae ecclesiasticae saeculi ... XVI supplementum**

**Fecht, Johann**

**Francofurti et Spirae, 1684**

**VD17 VD17 3:315948Z**

LXXVII.

[urn:nbn:de:bsz:31-122751](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-122751)

mentis dimissionem expectet. Interposuerunt enim protestat. contra Theol. qui jam recepti sunt in senatum. D. Stehelius prorectorem agit Comitis Solmenlis, qui Calvin. addictus est. Dereliquis nihil, &c. non enim audet. Ita omnia inclinant ad majorem ruinam. D. D. Patientem diem suum obiisse, ut opinor, novisti. Scripseram D. Zimmer. verum ille responsio me hactenus indignum judicat. Hæc omnia effudi potius quam scripsi, reverende compater, in ipsa hora, cum posteriores tuas acciperem. Nunciabatur enim, Domini Ungnadii conjugem jamjam discessuram esse ad vos in Carinthiam. Quare si quid scribere vellem, quamprimum transmitterem, ne occasio illa elaberetur. Candide igitur interpretaberis. M. Fladungus factus est pastor in vicino quodam pago Vippach Fidelhausen dicto, und muß die hand an pflug legen. Bene in DOMINO vale, Reverende & clariss. Domine Compater & amice fratris loco colende. Conjugem compatriam & liberos salutamus. Iterum vale. Vinaræ, 4. Martii, 1585.

R. d. t.

deditiss.

Timotheus Kirchnerus.



LXXVII.

*Salutem in Christo.*

**L**iteras tuas, Clarissime Dn. Doctor, frater charissime, accepi. Scriptura verò tuum collegis meis legendum tradidi. Postea idem ad D. D. Theologos Consistorii Ecclesiastici Stutgardiam misi. Qui propediem ad nos remittent. Communicato igitur cum illis consilio, quom Scripta Dn. D. Zimmermanni, & Dn. D. Schopperi quoque legentur, curabimus ut in lucem prodeant. Quà de re per alium nuncium ad te perscribi curabimus. DOMINUS tuis laboribus benedicat in vocatione nova. Et erunt tibi officia mea semper parata. Bene & feliciter vale. Et brevitati literarum ignosce. Sum enim nunc occupatissimus. Raptim Tubingæ, 15. Martii, 1585.

Tuis

Jacobus Andreæ, D.

LXXVIII.